

Illi vero qui in nauibus sedebant deuotabatur
ab igne quem fecerat super eos p[er]iculi. Sicut qui ve-
ro qui remanserant videntes se in tanto periculo
constitutos statim exeuntes de ciuitate prostrauerunt
se ad pedes alexandri postulando ab eo misericor-
diam ne eos captuaret. Respondens autem alexan-
der ait illis. Ego veni ad vos mansuetus et me e-
cipere nolulistis. cum enim cremate sunt naues v[est]re
et ciuitas de populata sit postulatis misericordiam? Sed t[un]c
nunc vos reprehendo in hoc quod fecistis quia p[ro]inde
fecistis. sperantes autem in facere quemadmodum patres
v[est]ri fecerunt perseni regi. sed defellit in uobis spe-
cies v[est]ra quia non potuistis sustinere impetum ar-
mato[rum] meorum. Et hoc dicens alexander cal-
trametatus est ibi. et fecit dijs suis victimas lace-
demonos vero et ciuitatem eorum dedit libertati

De in gressu aliae
Cim de amoto exercitu alexander in gres-
sus est per partes aliae in terram baba-
rorum. Darius itaque audiens aduentum alexan-
dri timuit valde et congregatis principibus et sapi-
entibus suis fecit cum eis consilium dicens ut video
iste quid sic pugnando vadit crescit in virtute
et victoria. Ego enim sperabam illum esse latroci-
lum et sicut latro iret depredando. Ille vero ut
video sicut rex pugnat et humiliat se. et quanto
magis volumus exaltari super eum tanto amplius

Alexander
Darius